Slawirey — Lucrum

Super Citationis Literalis Castrensis Capitanealis Bransensis tenoris talis Franciscus Joannes in Slowin Lesnowolski Bransensis Capitaneus Tibi Nobili Valentino olim Dobi Kostro de Kostry Litwa heredi ex omnibus bonis tuis vigore Regio et nostra Capitaneali autoritate mandamus ut in Termino Querelarum ac Causarum officij Capitanealis Castrensis in Curia Regia Bransensi feria secunda post datam praesentis Citationis proxime celebrando peremptorie compareas ad instantiam Nobilis Joannis filij Alberti Slawirey de Slawirey Michalowzyta haeredis actoris Qui te Citat ad inscriptionem tuam castrensem Bransensem per te eidem actori factam quamediante obligando et inscribendo bona certa in bonis Kostri Litwa sita submisisti et inscripsisti te eidem actori a captione eorundem bonorum parte obligatorum ab omni impedimento iuridico et extraiuridico per omne tempus tenute eiusmodi bene defendere evincere soluere per se et per submissas personas non inquietare sub vadio triginta florenorum polonicalium Cui tu in toto contraveniendo nec vadium in ea appositum formidando loco vulionis et aquovis impedimento iuridico et extraiuridico eundem actorem in eisdem bonis impediuisti siquidem prata in fundo per se obligato ad currus seu consalcastranti in campo vero Vgerne fundum aravisti per quod inscriptioni tuae contravenisti et vadium triginta florenorum polonicalium succubuisti ad quod super te et bonis tuis omnibus decernendum et nihilo minus ut inscriptioni tuae satisfacias et in bonis obligato non praepedias Citatus Juditio sicut censueris Datum in Curia Regia Bransensi feria secunda post festum Sancti Michaelis Archangeli proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo Quinquagesimo Ad officium praesens ut supra vide

Brzeznicki — Lucrum

Super Citationis Literalis Castrensis Capitanealis Bransensis tenoris talis Franciscus Joannes a Sobory Lesnowolski Bransensis Capitaneus Tibi Nobili Thomae olim Mathiae Zomienski de Zomienie Zyski haeredi ex omnibus in genere bonis tuis mobilibus et immobilibus vigore Regio et nostra Capitaneali autoritate mandamus ut Coram officio nostro Castrensi in Curia Regia Bransensi in Terminis Querelarum ac Causarum officij Capitanealis Castrensis Bransensis feria secunda post datam et positionem praesentis Citationis primus et proximus celebrandis peremptorie compareas ad instantiam Nobilis Mathiae filij Nobilis Nicolai Brzeznicki de Brzeznica et Zomienie haeredis Qui te Citat ad inscriptionem tuam per te actori coram actis Terrestribus Surazensibus factam quamediante submisisti te et de bonis tuis inscripsisti eidem actori certi veri et liquidi debiti mutuatae pecuniae summam octo florenorum polonicalium pro tempore certo in inscriptione expresso iam dudum praeterito soluere sub vadio simili Cui inscriptioni tu contraveniendo nec vadium simile metuendo praefatam summam actori non soluisti per quod vadium simile in inscriptione contentum succubuisti ad quod super te et bonis tuis omnibus decernendum et nihilominus ut inscriptioni tuae in toto satisfacias Citatus Juditio sicut censueris Datum in Curia Regia Bransensi feria secunda post Festum Sancti Mathaei Apostoli et Evangelistae proximo Anno Domini Millesimo sexcentesimo Quinquagesimo Cum Citationis copiam Sigillum Nobilis Regni Generosus Provvidus Baltazar Dzio Cerowski ablatam integram ante Terminum praedictum posita in bonis illius propriis posuisse et eiusmodi recognovit memoratus ablator suprascriptus Ad officium praesens Castrensis Capitanealis Bransensis praesens